BIBLIA LATINA
Klosterneuburg, um 1310/1315 Seite 146r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



egressus fuerat de ciuitate. Et dixit rex
ad sadoch. Reporta archam dei in ur
bem. Si inuenero gratiam in oculis su
is reducet me. et ostendet michi eam.
et tabernaculum suum. Si autem dixerit. Non
non places. presto sum. fatiat quod bo
num est coram se. Et dixit rex ad sa
doch sacerdotem. Oiudens. reuertere
in ciuitatem in pace. et achymaas
filius tuus. et yonathan filius aby
athar. duo filii uestri sint uobiscum.
Ecce ego abscondar in campestribus
deserti. donec a uobis ueniat sermo
indicans michi. Reportauerunt igitur
sadoch et abyathar archam dei in
ierusalem. et manserunt ibi. Porro dauid
ascendebat clyuum oliuarum scandens
et flens. opto capite. et nudis pedibus
incedens. Sed et omnis populus qui erat
cum eo. opto capite ascendebat plo
rans. Nuntiatum est autem dauid
quod achytofel esset in conuiratione
cum absalon. Dixitque dauid. In
fatua quaeso domine consilium achy
tofel. Cumque ascenderet dauid summi
tatem montis in quo adoraturus
erat dominum. ecce occurrit ei chusi ara
chytes scissa ueste. et terra pleno capi
te. et dixit ei dauid. Si ueneris mecum
eris michi oneri. Si autem in ciuitatem
reuertaris. et dixeris absalon. seruus tu
us sum rex. patere me uiuere. sicut
fui seruus tuus patris tui. sic ero ser
uus tuus. dissipabis consilium achy
tofel. Habes autem tecum sadoch
et abyathar sacerdotes. et omne uer
bum quodcumque audieris. in domo re
gis. indicabis sadoch et abyathar
sacerdotibus. Sunt autem cum eis duo
filii eorum achymaas filius sadoch.
et yonathan filius abyathar. et
mittetis per eos ad me omne uerbum
quod audieritis. Veniente ergo chusi
amico dauid in ciuitatem absalon
quoque ingressus est in ierusalem. XVI.

Cumque paululum dauid trans
isset montis uerticem. apparuit
siba puer myphiboseth in
occursum eius cum duobus asinis.
qui onerati erant. cc. panibus. et. c.
ligaturis uue passe. et c. massis pa
latarum. et duobus utribus uini. Et dixit
rex sibe. Quid sibi uolunt hec. Ren
ditque siba. Domine mi rex. asini
domestici regis ut sedeant. panes
et palate aduescendum pueris tuis. vi
num autem ut bibat rex. et siquis
defecerit in deserto. Et ait rex. Ubi est
filius domini tui. Renditque siba re
gi. Remansit in ierusalem dicens. Ho
die restituet michi dominus israel
regnum patris mei. Et ait rex sibe.
Tua sint omnia que fuerunt miphy
boseth. Dixitque siba. Oro inueniam
gratiam in oculis tuis. domine mi rex.
Venit ergo rex dauid usque baurim. et
ecce egrediebatur uir inde de cognatione
domus saul. nomine semei.
filius gera. procedebat egrediens. et ma
ledicebat. mittebatque lapides contra
dauid. et contra uniuersos seruos regis
dauid. Omnis autem populus et uniuersi
bellatores a dextro et a sinistro latere
dauid regis incedebant. Ita autem
loquebatur semei cum maledicerent
regi dauid. Egredere egredere uir san
guinum. et uir belial. Reddidit tibi do
minus sanguinem domus saul.
quam inuasisti regnum pro eo. Et de
dit dominus regnum in manu
absalon filii tui. et ecce nunc premunt
te mala tua. quoniam uir sanguinum es.
Dixit autem abysai filius sarue
regi. Quare maledicit canis hic mor
tuus domino meo regi. Vadam et am
putabo caput eius. Et ait rex. Quid
michi et uobis filii sarue. Dimit
tite eum ut maledicat. Dominus
enim precepit ei ut maledicerent dauid.
Et quis est qui audeat dicere. quare sic